

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

super inimicos suos et casum honoris eorum in ciuitatibus illis. Et dixit et si fuerit in tauro vel eius triplicitate erit apparitio euentuum eorum que dicitur in partibus meridici ex ciuitatibus quibus presuerit ipsum signum et hoc quod est eius ex substantia terre seminis et arborum. Et dixit et si fuerit in geminis vel eius triplicitate signum apparitione eorum que dicitur ex euentibus in partibus occidentis et in omnibus que sunt eius ex rebus altis. Et dixit et si fuerit in cancro vel eius triplicitate erit apparitio eorum ex euentibus in partibus septentrionis ex animalibus que significant per ipsum. Et dixit et opus in re solis in aspectu planetarum ad ipsum erit sicut opus in re saturni in hoc ex bono vel malo equaliter.

Capitulum. 95. quid significet sol in vnaquaque domo in reuolutione annorum natiuitatum et annorum mundi atque in natiuitatibus siue sit dominus anni siue non.

Quam sol fuerit in ariete seu in reuolutione natiuitatis vel lani mundi in primo signum principatum et sublimitate atque magnitudine rerum nati: et idem in reuolutione: similiter et in reuolutione annorum mundi signum statum et augmentationem boni in ciuili reuolutione: in qua reuolutus fuerit annus nisi contra operet saturnus et mars vel alter eorum et ipse maliciosus existens. Et si fuerit in secundo signum dilectionem inter homines et decens esse ipsorum erit tamen aliqua turpitudines oculorum. Et in tercio signum mutationem ex vna regione in aliam et quod rex illius regionis perficiet res suas et suorum subiectorum in bono et in bona parte: similiter et natus res suas parte regis. Et in quarto autem signum laudem inter homines et sublimitatem eorum atque honorem et apparebunt res que diu steterant occultate nec apparuerant signum etiam inuentionem thesaurorum siue ipsorum aggregationem seu acquisitionem.

Et in quinto autem signum mutationem status plurium hominum causa filiorum: et natus causa proprii filii mutabit suum statum et quod reuerentur a populo: et reuerentur populares maiores se et honorabunt eos: etiam erit gaudium causa domus numerum. Et in sexto vero significat infirmitates ac detrimenta causa seruorum aliorum que significant per sextam domum et quod nuidebunt rustici seu ignobiles maioribus se: similiter et nato. Et in septimo significat contrarietatem que accidet vltimo a nobilibus siue magnatibus seu regibus. Eadem enim militer accidet nato. Et in octavo significat depressionem diuitum et magnatum seu nobilitum atque potentum eorumque diminutionem et mortem acim properium. Et in nono significat bonam dispositionem animi hominum erga se et in cogitationibus placibilibus deo atque in his que ad fidem spectant.

